Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

quod malum est in oculis dni
et ambulauit in viis patris sui
et in peccatis quibus peccare fecit
israel. Insidiatus est autem ei ba
asa filius ahia de domo yssach
ar et percussit eum in gebethon
que est urbs philistinorum. Si
quidem nadab et omnis israhel
obsidebat gebethon. Interfe
cit igitur illum baasa tertio anno
asa regis iuda. Et regnauit
pro eo. Cumque regnasset percus
sit omnem domum ieroboam. Non
dimisit ne animam vnam quidem de
semine eius donec deleret eum
iuxta verbum dni quod locutus
fuerat in manu serui sui ahie
phytidis silonitis propter peccata ieroboam
que peccauerat et quibus peccare
fecerat israel et propter delictum
quo irritauerat dnm deum israel.
Reliqua autem sermonum nadab
et omnia que operatus est in me
hec scripta sunt in libro sermo
num dierum regum israel. Fuitque
bellum inter asa et baasa re
gem israel cunctis diebus eorum.
Anno tertio asa regis iuda
regnauit baasa filius ahie
super omnem israel in thersa xxiiii
annis. Et fecit malum coram dno
ambulauitque in via ieroboam
et in peccatis eius quibus peccare
fecit israel.

Capitulum sedecimum

Factus est autem sermo
dni ad hyem filium
anani contra baasa
dicens. Pro eo quod exalta
ui te de pulueri et posui te
ducem super populum meum israel tu autem
ambulasti in via ieroboam et
peccare fecisti populum meum israel
vt irritares me in peccatis eorum.
ecce ego de tabernaculo posteriora
domus eius et faciam domum
tuam sicut domum ieroboam filii
nabath. Qui mortuus fuerit
de baasa in ciuitate comedet
eum canis et mortuus fuerit
ex eo in regione comedet
eum volucres celi. Reliqua
autem sermonum baasa et omnia
que fecit et plia eius. Nonne
hec scripta sunt in libro verborum
dierum regum israel. Dormiuit
ergo baasa cum patribus suis
sepultusque est in thersa. Et
regnauit hela filius eius pro eo.
Cum autem in manu hyem filii ana
ni prophete verbum dni factum esset
contra baasa et contra domum
eius et contra omne malum quod
fecerat coram dno ad irritandum
eum in operibus manuum suarum
vt fieret sicut domus ieroboam
ob hanc causam occidit eum. Hoc
est hyem filium anani prophetam.
Anno vicesimo sexto asa regis
iuda regnauit hela filius
baasa super israel in thersa duo
bus annis. Et rebellauit ei
contra zamri dux
media pars equitum. Erat
autem hela in thersa bibens et
inebriatus in domo arsa p
fecti thersa. Ingressus zamri
percussit et occidit eum anno vi
cesimo asa regis iuda et
regnauit pro eo. Cumque regnas
set et sedisset super solium eius
percussit omnem domum baasa
et non dereliquit ex eo in in
gente ad parietem et propinquos
et amicos eius. Delenitque
zamri omnem domum baasa
iuxta verbum quod locutus
fuerat ad baasa in manu hyem
prophete propter omnia peccata